BEDA VENERABILIS
Salzburg, St. Peter, 1. Hälfte 9. Jh. Seite 4v
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38125
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



inuocemus eiusdem nr̄i redemptoris qui fideles
suos ꝑ donū sc̄i sp̄s protegere a malis omnibus
ac liberare consueuit, Nec dubitandū quia
si inceptis ꝑsistimus. ꝑ montē fortitudinis
infirmitas atq; humilitas nr̄a confirmata exal
tetur. & cunctis hostiū temptamentis fortior
efficiatur; ꝑ lumen quoq; & ignem sp̄s sc̄i
nr̄a inlustretur ignorantia. Noster ad dilec
tionē eiusdē pii conditoris animus inardescat,
5 Cumq; ascendisset moyses. operuit nubes montē,
Sicut mons in quo legem accepit moyses altitudi
nem perfectionis quae in eadem lege erat con
scribenda designat. Ita nubes quo mons tectus ē.
gratiā diuinae insinuat protectionis. quatan
to amplius quisq; fruitur. quanto altius ad
scrutanda mirabilia de lege dī reuelatis oculis
cordis ascendit; Namq; nec montē solū modo
in quo moyses ascendit nubes operuit. sed & popu
lum ꝑ deserta gradientē. qui nequaquā ad altio
ra poterat ascendere. Nihilominus nubes caelitus
missa obumbrauit, Unde scriptum est. expan
dit nubem in protectionē eorū, Quia nimirū
dn̄s omnes timentes sē. pusillos cum maioribus
caelesti benedictione protegit,